

943. Guillelmus filius Rollonis moritur, cui Ricardus filius eius successit in ducatum Normanniae. Huius filia erat Emma mater regis Edwardi.
 947. Eadmundus rex obiit. Cui frater Eadredus successit annis X.

f. 23^v

953. Eadredus rex vastavit totam Northymbriam, quoniam regem sibi constituerant.
 956. Eadredus rex obiit, cui filius Edmundi regis Eadwius successit anno I.
 958. Eadgarus frater Eadwii regis annis XVIII. Hic Dunstanum constituit archiepiscopum.
 968. Aldredus Lindisfarnensis episcopus obiit.
 969. Ælfsig ordinatur episcopus Lindisfarnensis annis XXII.
 971. Revelatio sancti Swithuni.
 973. Otho imperator obiit, cui Otho filius eius successit annis X mensibus VII.
 975. Eadgarus rex obiit. Cui filius eius Edwardus successit annis V; qui a noverca fraude peremptus martyr colitur Sceftoniae.
 979. Edwardus rex occisus est. Cui frater Æthelredus successit XXXIX annis.
 983. Otho imperator obiit, cui filius eius Otho successit annis XVIII.
 986. Ab obitu sancti Cuthberti CCC anni.

f. 24^r

988. Dunstanus archiepiscopus obiit, cui successit Æthelgarus.
 990. Ælfsige defuncto successit Aldhunus in episcopatum Lindisfarnensem apud Cæstre XXIX ⁱ⁾ annis.
 993. Onlaf rex Norreganorum et Suanus rex Danorum Angliam advehuntur navibus.
 995. Aldhunus episcopus de Caestre transtulit in Dunelmum corpus beati Cuthberti centesimo XIII. ^{k)} anno, ex quo perlatum fuerat in Cæstre.
 996. Ricardus ^{l)} dux Normannorum, pater ^{m)} Emmae, obiit. Cui Ricardus filius suus successit annis XXX.
 998. Wlstanus archiepiscopus Eburacensis ordinatur.
 1002. Otho imperator obiit et Heinricus imperavit annis XXII.

ⁱ⁾ *korr. aus XIX.*

^{k)} *III auf Rasur.*

^{l)} *die Annale für 996 am rechten Rande.*

^{m)} *mit Hs.*